



~~217~~  
EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

VI-i

SIGNAT. MDCCCXIII.

Cum  
*VIR Nobilissimus, Amplissimus, Expe-*  
*rientissimus, Excellentissimusque*

**DOMINUS**  
**JEREMIAS**  
**LOSSIUS,**

Bornensis Misnicus, Phil. ac Med. Doctor cele-  
berrimus, & Anatomices, ac Botanices Professor Publicus  
benè meritus,

*D. 9. Nov. A. M DC LXXXIV.*

Ingenti luctu esseretur,  
doloris sensum testabantur.

Collegæ, Fautores & Amici.



WITTENBERGÆ,  
Literis CHRISTIANI SCHRÖDTERI, Acad. Typogr.





Quæ vulneribus transfixa es pectus acerbis  
Fœmina, Loffiaco sanguine quæque sata  
Dicitis: heu! abiit mea gloria, nostra corona  
Decidit, & miseræ Patre abeunte sumus,  
Consilio auxilioque aderit quis postea nobis?  
Rebus in adversis quis bona verba feret?  
Immotæ stetimus stante hoc, ut culmina petris  
Suffulta & ventos temnere docta feros,  
Jam vero exiguus potis est prosternere ventus  
Nos: Jam nos contra surgere quisque volet.  
Ah! luctum quæso hunc omittite, Pignora chara!  
(Accipio sœta dicere voce Patrem)  
Ah! fini immodicas lachrymas, dulcissima conjux  
Quæ comes adversis optima rebus erat.  
Hic qui clementi dextra in sua tecta recepit  
Me quondam miserum! Consilio hic aderit,  
Auxilio valido hic aderit, charissima, vobis  
Pignora, Jova pater, Jova maritus erit.  
Gloria vestra fugit, sed cœlica gloria durat,  
Idcirco hæc vobis ipsa petenda venit.  
Vestra, corona fiet Christus, quoque petra sit idem,  
Vestra, salus in quo firma reposita manet.  
Hic sonet unda, tonet cœlo undique flamma coruscans;  
Hic tamen insertas vos sibi Jova teget.

Scr.  
Job. Frid. Mayer, D. Academ.  
h. t. Rector.

---

**L** OSSIUS heu pariter Musis subducitur alma  
LEUCOREÆ, mœstam reddidit ecce domum,  
Sic STOLBERGERUM sequitur mox funere tristi,  
Ægrotum pridem sanus, at heu subito

Æger:

*Æger: quem Medicum minimè cito & ante senectam  
Seram conveniens sic obiisse fuit,  
Sed Domino placuit vita mortisque datori,  
Cujus sit nostrum Velle, volente Deo,  
Hinc nomen Domini benedictum in secula dicat,  
Qui queritur mortis tristia fata nove.  
Nam benè prospiciet Dominus domuique Scholæque  
Nostræ, res damnum publica, neve domus  
Inde ferat, dives super omnes, qui modò credunt.  
Nam nescit Dominus deseruisse suos.*

*Abr. Calovius, D.*

**C**ONCIDIT heu subitò Medicorum Clara Corona  
*LOSSIUS, Albiaci parsque decusque Chori,  
Haut secus ac lucens aliis consumitur usu  
Lumen, sic egros dum levat, ipse cadit,  
Quantus quælo dolor Viduam, Natasque relictas  
Occupat, ut par est, dicere nemo valet,  
Dulcia queis Sacri voveo solamina Flatus,  
Illarum Tutor sit DEUS atque Pater!*

*Johannes Andr. Qvenstedt.*

**A**D bona, vel mala, Vir prudens manet usque paratus,  
Sic ad utrumque pius rite paratus erit.  
Ad bona, vel mala non tantùm, vitæque, necemque,  
Usque fidelis Homo rite paratus erit.  
Sic mala terrarum rellinqvere cogitat Iste,  
Ut bona cælorum semper habere queat.  
Hæc Christianorum prudentia maxima fertur,  
Temnere cuncta soli, dona tenere poli.  
Felix, prudenter, qui seligis Eutbanasiam,  
In terris sine qua nemo beatus erit.  
Tela nocent equidem, sed, quæ prævisa, nocere,  
Non adeò poterunt, hæcce recussa jacent,  
Noxia tela necis maturè posse videre,  
Et Virtute DEI vincere, rite beat.  
Sic Te prudentem celebrabimus, OPTIME LOSSI,  
Ad bona, & ad mala, dum Tute paratus abis.  
Ad vitam, & mortem, prudens Tua cuncta parabas,  
Vivere sic poteras, promptus & usque mori.  
Omnibus & Nobis talis prudentia præsit,  
Tempore sic omni quisque paratus erit.  
Vicisti Mortem modò FELICISSIME VICTOR,  
Semper & in cælis summa brabea vehis,

*Sed*

sed malè sic gestum VIDUÆ, reliquisque RELICTIS,  
Quis Tua Cura fuit prosperitatis ager.  
Hæc Dominus tegat, & soletur in omnibus usque,  
Ut bona cuncta DEI de Bonitate legant!

In Honorem Beatæ Defunctæ  
& solamen SUPERSTITUM

Johannes Deutschmann / D.

**W**er ist es/ der so zürnt? der Menschen lässet sterben.  
Wer spricht: Kommt wiederum hervor ihr Menschenkind?  
Ist es nicht GOTT der HERR? Macht es nicht unser Sünd?  
Daß wir so plötzlich hier hinfallen und verderben.  
Das machet/ HERR/ dein Grimm/ daß wir so bald vergehen/  
Daß wir aus dieser Welt bald müssen all dahin/  
Auch wieder unsern Wuth und wieder unsern Sinn/  
Daß wir ohn Unterscheid den Tod vor Augen sehen.  
Der Tod hat keine Schuld/ daß wir ihn so verklagen/  
Daß wir ihm Tyrannen und Bürgen müssen bey/  
Er ist der Sünden Sold/ wer nicht von Sünden frey/  
Der ist nicht frey vom Tod/ von Sorgen/ Noth und Plagen.  
GOTT läst wie einen Stroh/ die Menschen dahin fahren/  
Sie sind gleich wie ein Schilff/ sie sind gleich wie ein Gras/  
Das da bald welckig wird/ früh blühet/ grün und naß  
Im Thau/ des Abends doch verdorrt in schönsten Jahren  
Wenns abgehauen wird/ du höchster GOTT du stellst  
Dir unser Missethat vor Augen/ bringst ins Licht  
Die unerkannte Sünd für deinem Angesicht/  
Daher du über uns ein solches Urtheil fällst.  
Darumb so fahren hin/ so blözlich unsre Tage/  
O GOTT/ durch deinen Zorn/ gleich als in einem Nu/  
Wir bringen unsre Jahr/ als ein Geschwätze zu/  
Wenns köstlich ist gewest/ so heist es Müß und Plage.  
Was murrest du/ O Mensch/ und zürnest dann auff Erden?  
Wie gläubst du dann noch nicht/ daß es sey GOTTES Grimm/  
Auch fürchtest du dich nicht für seinem Zorn und Grimm.  
Ach lerne sterben hier/ daß du magst klüger werden:  
Gedencke mehr daran/ daß du den Tod vertreiben  
Hier magst durch dessen Tod/ der selbst das Leben heist/  
Der dich und mich erlöset/ der dich dem Tod entreißt/  
Wenn du mit JESU stirbst/ wenn du in ihm wirst bleiben/  
Mit Glauben fest verknüpft/ und so ist nicht gestorben  
Der Edle DESSJUS/ Er stirbt und lebet doch/  
In JESU lebet Er/ als seinem GOTT annoch/  
O wohl/ das heist ja nicht/ verlohren und verdorben.

Dem seel. Herrn Professori zu letzten Ehren/  
und denen Hinterbliebenen zum kräftigen  
Trost schrieb dieses mitleidend

W. Theodorus Martini, D

Cui suus Hippocrates labor, & sua cura Galenus  
Nunc nuper fuerat, per sua Fata ruit:  
Exemploque suo docet, hic fore cuncta caduca,  
Esse sed in coelis cuncta caduca procul.

*Condolentia testanda scribē.*

D. Godofredus Strauß /  
Prof. Publ.

Spissæ renebræ Leucoridem premunt,  
Stolbergii dum funera tristia  
Flet, Lossius clarus Galeni  
Arte cadit, duplicatqve fletum,

O Jova Mulas respice lumine  
Tuas sereno, disjice nubila  
Densa, atqve fac, Titan intente  
Lampade splendeat ac coruscet!

G. Michael Heber, D.

Premia Doctorum norat jam LOSSIUS olim,  
Quæ Diva confert gratia.  
Ergo hic dum fruitur post mille incommoda mundi,  
Gratamur ipsi cœlica.

*Condol. testand. fct.*

Caspar Lyser, D.

Sic, sic JEREMIAS, celeberrimusqve LOSSIUS  
Ex insidiosis latebris, dolis apertis,  
Ex fraudibus invisibilis visibilisqve  
Mundi (fragilis qui sepelit lumina mentis,) Eductus,  
abest carcere, putriqve lacunâ?  
Ergo repetit te DEUS ad quietâ Regna?  
Ergo ex oculis eximit atra vela mortis?  
JESU bone, JESU pie, mitissime JESU!  
Ecquando mihi contigerit videre Temet?

Georg. Casp. Kirchmajerus,  
P.P. h. t. Decanus.

LOSSIUS occubuit Doctor, Tristantur Athenæ;  
Casumqve luget Leucoris.  
Sed DEUS ex alto nostris medeatur Athenis,  
Nec non Domo massissima?

*Doloris testandi causa app.*

Michael Strauch / Mathem. P.P.

Lossius excessit: Luget Medicina, Domusqve.  
Afflictas sanet cunctipotens Medicus.

*Votēb.*

Michael Waltherus, P.P.

B

LOSSIUS,

**L**OSSIUS, ô ingens dolor! ægrorum occubat umbris  
Lumen, nec medicas scit sibi ferre manus.  
Morborum artificem non fingent tempora quævis  
Talem: sed cælo gratior ille fuit.  
Exihnc relictæ venient solamina Proli:  
Turbatam Viduam haut deseret ipse DEus!

*Christianus Donati, P.P.*

**P**arce laboranti mors immatura Magistro,  
Nec medicus medica destituatur ope;  
Qui caput objecit cuncti sublime periculis  
Morborum, hunc morbi nulla pericla necent.  
Attamen haud parcis mors invida; Subtrabe tandem  
Exuvias orbi, fama perennis erit.

*Lub. meritoque facieb.*

*Theodorus Daslovius, P. P.*

**Q**uid Tibi dissidii nostra cum Leucore, Fatum?  
Cur nam, quos amat hæc, Tu patiâre mori?  
Nuper Apex sophiæ medio sub flore suorum  
Desiit annorum, quem dolet usque suum;  
Nunc Medicus tantus, tantum columenque, decusque,  
Pulpita quod nostræ sat stupuere Scholæ.  
**L**OSSIUS heu periit! Cur quæso Lumina tanta  
Occiduo vita deficere orbe finis?  
Sed quid egò incussem? Voluit Fabricator olympi  
Qui regit imperii cuncta sub orbe sui,  
Is quoniam solus mutabilis Arbitrævi  
Vitæ Jura suâ subditiõne tener,  
Is Vitam tribuit nobis repetitque tributam,  
Scilicet in cujus vitaque morsque manu:  
Hinc Medico haut profunt, quæ profunt omnibus, herbæ  
Et non usque semel qui voluere valent,  
Mortuus at noster superest, mens enthea vivit  
Splendida fama solo; Gloria summa polo,

*Ita*

*Dolorem contestatur*

*Christianus Vater / D.*

**S**ic est, cuncta suos repetunt, repetentque recursus,  
Et gaudent reditu singula quæq; suo.  
Terra sumus, terram colimus, terramque subimus,  
Nobilis hoc LOSSI, nos tua fata docent.  
Hinc luget conjunx, nata lugentque tenella,  
Doctorem luget TE Witeberga suum.  
Sed juvat haud quidquam nimis indulgere dolori  
Immodico, satis est, sic voluisse DEum.

*Joh. Caspar Brandel / Jur. L.*  
*O fune-*



O Funesta dies, nigroqve notanda lapillo,  
Et quâ vix unquam tristior hora datur.  
Artis enim medicæ lumen, præclara Columna,  
Leucoridisqve decus, LOSSIUS, ecce cadit!  
LOSSIUS est, hominis qui corpus ritè secandi  
Artem professus percoluitq; adeò,  
Ut terris his non vivat præstantior alter,  
Et veniens ætas vix habitura parem.  
Vera loquor, cunctos etenim Vos convoco testes,  
De Medicorum hodie quos reor esse choro.  
Non referam reliqvas exculi pectoris artes,  
Mirive Ingenii grandia dona Tui.  
Ergò jure Tuam mortem studiosa Juventus  
Luget, & assiduo docta caterva dolet.  
Ast corpus terræ detur licet atqve sepulchro,  
Fama tamen passim docta per ora fluet,  
Pectoris egregii monumenta celebra vivent,  
Donec erunt artes cum pietate bonæ,  
Et bene de quibus est meritis benefacta loquentur  
In se Patroni non moritura sui.  
Hinc nec ego unquam Te digne celebrare quiescam,  
Spiritus hos artus dum reget usque meus.

*Patronum atque Præceptorem olim  
suam lugens scrib.*

Michael Gottfried Siegra/  
Medic. Licent.

**Im Namen Jesu Christi!**

So jemand jemals sich zum Sterben wol bereitet/  
So ist Herr LOSSIUS / der nun auch wird begleitet  
Von Seinem JESU dort / da Seine Seele ruht/  
Und keine Angst mehr fühlt am Herzen / Sinn und Muth.  
Diss kan dem selgen Mann mit Wahrheit ich nachschreiben /  
Und hiermit Seinen Ruhm dem Denckmahl einverleiben /  
Dass Er mit seinem Gott versöhnt gestorben ist /  
Und sich verhalten hat / wie ein rechtschaffner Christ.  
Drumb nehmt das an zum Trost / Ihr Hochbetrübtten Herzen /  
Die Ihr ist Seinen Tod bekraurt mit grossen Schmerzen /  
Weil Der entrissen ist / welcher Euch versorget hat  
So lange Er gelebt / so wol mit Rath als That.  
Bedencket was Er Euch für Segen hat gegeben  
Als Er hier Abschied nahm von Euch in Seinem Leben /  
Der nicht umbsonst geschehn / sondern gar gewis  
Befleiben / und an Euch ersen wird den Nis.

*Aus herzlichem Mitleiden über den unverhofften und früh-  
zeitigen Tod seines im Leben liebgewesenen Herrn  
Bewatters / und zum Trost den Hinterlassenen schrei-  
bet dieses in Eil*

M. Johannes Fabricius, bey der Pfarr-Kirchen  
allhier Archi-Diaconus,

Steh

**S**ieh still/ O sicherer Mensch/ und schau die Gräber an/  
So man in kurzer Zeit auf dieser Kirchen Plan  
Vornehmen Leuten hat mit Thränen zubereitet;  
Bedencke was Ihr Tod uns allen wohl andeutet?  
Wenn sonst in Israel Gott seine Straffe schickt/  
Und sich das ganze Volck dafür nicht nieder bückt/  
So reißt und nimmt Er weg die Besten in dem Lande/  
Und liesset solche aus in unterschiednem Stande.  
Wer weiß man/ was vielleicht uns noch begegnen kan?  
Ist dannenhero diß wol ein recht kluger Mann?  
Wer dieses nimmt in acht / und alles wohl bedencket/  
Warumb man diese Leut ins Grab hat eingesencket.  
Indessen lasse Gott uns Ihm befohlen seyn/  
Er tröste Allesamt Betrübte / Groß und Klein /  
Und lasse nach dem Leid und schmerzlich vielen Weinen/  
Wenns Ihm gefällig ist/ die Sonne wieder scheinen.

M. Johannes Hartung.

**W**ann sich die Frömmigkeit allmehlich will verlieren/  
Und unsern Mauern sich die Redligkeit entzieht:  
So dencke Bosheit doch/ daß Gottes Wetter blüht/  
Und wird den Todes Strahl gewiß auch auff dich führen!

M. G. Schimmer/ Prediger  
bey der Marien-Kirch.

### Trost = Sonnet

An die hochbetrübte Fr. Wittibe.

**W**enn Unglaub/Ungedult mit vielen Ungeberden  
Zu jagen wären gnug des Todes Grimmigkeit/  
So hätte mancher noch das Liebste an seiner Seit.  
Wenn Frömmigkeit und Kunst / und was genannt mag  
werden /  
Abwenden könten gang des Ehestands Beschwerden/  
Es würden haben viel dergleichen nie gehabt.  
Weil aber niemand ist mit Freyheit hier begabt/  
Daß er nicht haben solt sein Creuz auf dieser Erden:  
Thut dieser recht/ wenn ihn der Wille Gottes libt/  
Der hier geduldiglich demselben sich ergiebt.

Und

Und diesem folg' ich auch in meinen grossen Schmerzen:  
EJE thu dergleichen nach. Denn was EJE fräncket  
heut/  
Ist andern auch geschehn. Drum setze EJE beyseht/  
Die grosse Traurigkeit/ und schöpffe Trost im Herzen!

Dieses wolte aus betrübtem Gemüthe  
beyfügen

Gottfried Wagner/ des Raths und  
Churf. S. Amtes/ und Criminal-  
Advocat.

---

EST Academiae concussum Corpus *acerbis*  
*Mortibus* haud pridem, concutiturque novis.  
Insignis Græcus nuper hinc, STOLBERGUS, abibat,  
Vulnus & est crudum, nec coisse scio,  
LOSSIUS, excellens Medicus, quoque lumina claudens  
Hunc sequitur, fatis jussus, obitque diem.  
O miserere, DEUS, pluresque avertito mortes!  
Serva conscriptos ordine, Jova, Patres!

*Id quod planè ex animo precor*

M. Georgius David Siegra/  
Ordin. Philos. Adjunct.

---

FELIX, qui verò pietatis amore calefcens,  
*In Domino fixam spemque fidemque locat;*  
Post mortem superas salvatus adibat ad arces,  
*Ipsa virum raptum ducet in astra Fides:*  
Hanc quoniam, VIR MAGNE, caduca tempore vita  
Fovisti, superâ sede receptus ovâs.

f.  
M. Christianus Samuel Siegra/  
Colleg. Phil. Adjunctus.

---

OMnia cum pereant, nec sit durable quicquam,  
Non sine deliciis coelica tecta petis  
Arte medendi Vir celebris: modo mors tua, Lossi,  
Non damnosa Scholæ, delictumque Domus  
HEU! raperet. Verum Tibi qui præcepit abire,  
Afflictis reddet, quæ recreare valent.

p.  
M. Gottlieb Eckstein/  
Fac. Phil. Adj.

---

SI vetuit nemo lacrymas, ut mater Alumnorum  
Plangeret Icariorum puella fretor.

C

Si La.

Si Latium indoluit, cum Pergama Saxa silerent,  
Iret & Atcalicis praesca turba locis.  
Tu meruo luctum instauras, ceu pone videres  
Leucori Leucadium praecipitanda salum.  
O saltem Hippocratis gemeres, & fata Galeni!  
Ars fuit; at vive non ita flenda dies.

M. Casp. Henricus Graum  
Fac. Phil. Adjunct.

VIndictam petiit Lachesis, tam saepe subacta:  
Mortem qui pepulit, morte Machaon obit.

L. M. 2.

ser.

M. Jo. Georg Neumann!

Fata stolbergi modo funerati  
Pindus hic lugit prope flumen Albim!  
Nec minus luget renovata moesto  
Funere LOSSI!

Haud fides fallax tutiusque Corda  
Junxerat: Coelo pietas probata  
Evocabatur coluisse posthac  
Nescia terras.

Pristini affectus memorem Thalia  
Vellit, Hinc Graeco statui cupressum.

Quid negem claro Medico reponi  
Symbola luctus?

Non vacat dotes animi referre,  
Quis Viros inter caput efferebat  
Maximos. Quantum est meritis per orbem ex-  
tendere Nomen!

Quot canent grati solitos labores;  
Quot genus morbi varium perita  
Arte curandum, pariliqve corpus  
Omne secundum.

Non tamen febris poterat mederi  
Ipsa sexcentas pepulisse doctus.  
Scilicet dixit Medicus Polarcha. Hic  
Terminus esto.

Colligit promptus sua vasa Doctor,  
Ac valedicens Domini cupivit  
Solvier. Factum est. Manet hic Beati  
Fama superstes.

σὺ λυτὰ μὲν ἔδωκεν.

M. Johann. Weisfer/P. L. Cxi.

Lyc. Wittemb, Rector & Illustr.

Soc. Teuton. addictus. &c.

Ergone

**E**Rgone fati tristitiam licet  
 Placare nobis nondum? Academica  
 Annon fatis scævum acerbè  
 In tua, Leucori, viscera alma?  
 Ordo Saphorum luget: Iatricen  
 Casus benignam dilacerat novus,  
 Nostra saluti quæ dicata,  
 Ora rigabit Hygea fletu.  
 Et suppressi ingens quæ potis est dolor?  
 Deslere par est LOSSIADEN pium,  
 Fideque rarâ, percelebrem  
 Artis Apollinea Magistrum.  
 Huicæ quævis non geminum feret  
 Aetas Virum: Proin cernere Nestoris  
 Dies merebatur, nec antè  
 Atropon accelerasse finem.  
 Verùm medelam hæc visa ubi vita erat  
 Eludere omnem, quærere cœlicam  
 Paravit, & prædixit horam  
 Mortis, avis veluti Caystri.  
 Exinde inerrat suaveolentium  
 Horto rosarum, vel Paradysiaco,  
 Et ossa nos cuncti fovemus,  
 Spargimus & violis frequentes.

συναγωγὴ ἐγξοδ.  
 M. David Winter/  
 S. vv. ConR.

**S**olvitur in lachrymas iterum Witeberga, quod, cheu?  
 Et vir consilio magnus, & arte, cadit.  
 LOSSIUS innumeris poterat præbere medelam  
 Agris, & vitam deserit ipse suam.  
 Flete virum Mûsa, mecum Ingebitis, annos  
 Ut qui Nestoreos vivere dignus erat.  
 Sic placuit Jovæ, cujus benedicta voluntas,  
 Hic fovet & viduam & pignora chara Deus.

Condol. test.  
 f.  
 Casparus Hohmuth/  
 Scholæ Witteb, Coll, IV.

**L**Atona sagte sich zu den bestürzten Auen  
 In weicher Wehmuth hin/biß sie die bunte Schoß  
 Der halbverwelkten Pracht in ihren Reihhen schloß;  
 Da mußte sie die Krafft der schwachen Kräuter schauen/  
 Die ihren grossen Sohn ist durch Betrug entrissen.  
 Drum wich sie voller Schmerz zu seiner stillen Ruh

In ihrem

In ihrem letzten Trost den kalten Mund zu küssen/  
Und füllte seinen Sarg mit Rosmarinen zu.


Dem wohlfeel. Hn. Doct. als seinem grossen  
Gönner schrieb dieses zur letzten Ehre

M. Jeremias Pilarik, Hung. C. S.

Sic intrabreve tempus *Amicorum pia Triga*  
Solvitur, ut junctim vivat in *Arce Poli*.  
Præcedit *NOBILIS* *rarus Compactor* in *Arte*,  
*Pauperibusq; favens, Vir pietate gravis.*  
KEMPFIIUS hunc *prudens* sequitur *Mercator, is Amplus*  
*Quique Senator erat, junctus amore DEO.*  
Conatu quanto hos *Socios* servare studebat  
LOSSIUS in *vita*, plurima facta docent.  
Visitât ægrotos, præscribit *pharmaca scite*,  
Prævaluit *doctâ* sed tamen *Arte* malum.  
Ut tamen *ingenuam mentem* testetur *Amicis*,  
Non tardat *geminos tertius ipse* sequi.  
LOSSIUS occubuit, *Medicâ* qui *Clarus* in *Arte*,  
SOLQ; SUIIS oriens, occidit absqve *mora!*  
Tres cecidère *viri, triplex* quos *luget & Ordo*,  
Cui *vegeti poterant commoda ferre diu.*  
Deplorant *vidua dilectum* quæque *maritum*,  
Orba *piis Patribus mæsta propago* gemit.  
Lege *piâ pariter Fautores atque Galenum*  
Defleo, sum quorum *sæpius usus ope.*  
Ast *modus in lacrumis tandem* sit *justus habendus*,  
Ne *regnum felix invidemus eis.*  
Ordinibus *cunctis aptos concedat Iova*  
Ipse *viros; tristes exhilaretque DEUS!*  
Sis *Tutor viduis, orbatis Patre, Benignus*  
Sis *Pater, afflictis cœlitus ad fer opem!*

Pii erga vivos & mortuos affe-  
ctus signum

M. Georgii Michaëlis, Hung.  
SS. Theol. Stud.



Ung.

VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.  
= Fumeralia K.-R.]

X.285598A

W 11  
M 18





Cum  
*VIR Nobilissimus, Amplissimus, Expe-  
rientissimus, Excellentissimusque*

# DOMINUS JEREMIAS LOSSIUS,

Bornensis Misnicus, Phil. ac Med. Doctor cele-  
berrimus, & Anatomices, ac Botanices Professor Publicus  
benè meritus,

*D. 9. Nov. A. M DC LXXXIV.*

*Ingenti luctu esseretur,  
doloris sensum testabantur.*

**Collegæ, Fautores & Amici.**



WITTENBERGÆ,  
Literis CHRISTIANI SCHRÖDTERI, Acad. Typogr.

